

# Comenii

## Panegyricus Carolo Gustavo

herausgegeben

von

Prof. Dr. Franz Neseemann,  
Oberlehrer am Königl. Gymnasium zu Lissa i. P.

Beilage zum Programm des Königl. Gymnasiums zu Lissa i. P., Ostern 1896.

Lissa i. P., 1896.

Buchdruckerei von O. Eisermann.

1896. Programm Nr. 161.

96  
12 (1896)

1616



## Vorwort.

Dem *Excidium Lesnae* und den ebendahin gehörigen zwei Stücken der *Vindicatio*, die ich in dem hiesigen Osterprogramm 1894 herausgegeben habe, lasse ich jetzt auf dieselbe Weise den *Panegyricus Carolo Gustavo* folgen. Die Geschichte der Entstehung desselben ist erzählt worden von Comenius selber in dem ersten der zwei gedachten Stücke der *Vindicatio*, so dass ich darauf verweise; hier wird es genug sein mit dem Urteile, dass durch den *Panegyricus*, über dessen Verfasser man noch im Herbst 1656 völlig im Unklaren war, nur die sich verletzt fühlen konnten, denen die evangelischerseits geforderte freie Religionsübung ein Dorn im Auge war, und dass, wie überdies die allgemeinen Quellen des schwedisch-polnischen Krieges mitsamt dem *Excidium Lesnae* zur genüge erweisen, die Zerstörung Lissas am 29. April 1656 keinen anderen Grund hatte als den der religiösen und der nationalen Unduldsamkeit<sup>1)</sup>. Eine etwaige Veröffentlichung der von Comenius in der *Vindicatio* angezogenen katholischen Gegenschrift des *Apologeticus*<sup>2)</sup>, der eine Antwort war auf den *Panegyricus* und den ich noch habe einsehen können, würde die Sache nur des weiteren erhärten. Die zwei Anklagen, welche Comenius zu widerlegen hatte, hat er in der *Vindicatio* mit Einbeziehung des *Excidium Lesnae* wirklich widerlegt; was man ihm überdies aufgebürdet hat und noch heute aufbürdet, ist spätere Erfindung, wie dies die Darstellung bei Nikolaus Arnold und bei Pierre Bayle, die obwohl beide erklärte Gegner des Comenius davon noch nichts wussten, ganz deutlich zeigt.

Der *Panegyricus* erschien bekanntlich anonym und selbst ohne Nennung des Verlagsortes; ich habe aber auf dem inneren Titelblatte der Übereinstimmung mit dem äusseren Titelblatte zu Liebe den Namen des Comenius und im Interesse der weiteren Vollständigkeit

<sup>1)</sup> Dies schon das Urteil Pufendorfs *de reb. gest. Car. Gust. III. 14*: *porro eo usque tunc furor Polonorum excesserat, ut ipsi mense Maio* (unwesentlicher Irrtum im Datum, der um so leichter war, als der 29. April dem Mai nahe lag) *Lissam, Polonicum oppidum in finibus Silesiae situm, quo decem milia exulum e provinciis Caesareis se habitatum contulerant, ut sacris suis libere vacare possent, incenderent oppidanosque atrociter habitos magnam partem trucidarent nulla alia in optimos cives saerendi causa quam quod Germanicae originis essent ac eadem cum Suecis profiterentur sacra.* Und dem nicht widersprechend der den Deutschen und Evangelischen nicht geneigte Rudawski *hist. Pol. ff. VI. 8*: *deditam Petricoriam duobus mensibus antecesserat Vulcano consecratum eoque modo in cineres et favillas redactum nobile (oppidum) Leszno, familiae Leszynianae nidulus. Primus enim in hanc civitatem Maioris Poloniae nobilium desaevit turbo duce Opalino, palatino Podlachiae, qui reliquas civitates eo terrore percutere statuerat. Fortiter hic oppidanorum audacia excepit primum Polonorum impetum, sed tandem per vim captum oppidum tali, ut dixi, ratione delevit palatinus.* Vergleiche die *Vindicatio pro unitariorum in Polonia religionis libertate ab equite Polono conscriptae* in der *Bibliotheca antitrinitariorum* von Sand, Freistadt 1684, p. 291 ff. Königl. Staatsarchiv zu Posen. Die Ehrenrettung gilt dort zunächst allerdings nur den Socinianern, sie trifft aber zu für die Evangelischen insgesamt. Vergl. auch Droysen *Preussische Politik III b p. 266 ff.*

<sup>2)</sup> *Apologeticus contra panegyricum Carolo Gustavo, magno Suecorum Gothorum Vandalorumque regi etc., dedicatum ad religionis regis legisque Poloniae defensionem productus.* Anonym, auch ohne Verlagsort und Jahreszahl. Aus Comenius wissen wir: Krakau, 1656. Königl. öffentliche Bibliothek zu Dresden.



auch den des Verlagsortes Breslau hinzugefügt. Der überlieferte Titel giebt nur die Adresse und die Jahreszahl. Die Schrift ist dann auf evangelischer Seite von meist unbekannten Händen mehrfach neu aufgelegt worden, teils noch im Jahre 1655 teils in den Jahren darauf. Von den Ausgaben, die ich habe einsehen können, zeigen drei, im Besitze der königl. öffentlichen Bibliothek zu Dresden, die Jahreszahl 1655; eine vierte, im Besitze der Stadtbibliothek zu Breslau, ist vom Jahre 1656 und eine fünfte, die Hartliebsche mit Nennung des Verlagsortes Leyden, im Besitze der königl. öffentlichen Bibliothek zu Dresden, ist vom Jahre 1657. Die Ausgaben unterscheiden sich aber nur durch die Art der Typen und das Format; der Text ist von der Besonderheit der Druckfehler abgesehen in allen derselbe. Auch die Abschrift, welche in dem Archiv der hiesigen St. Johanniskirche sich findet, stimmt mit den gedachten Ausgaben genau überein. Die am Rande der vorliegenden Ausgabe bemerkte Paginierung, nach der sich auch die Verweisungen in dem Kommentare richten, ist der einen Ausgabe von 1655 entnommen, auf welche ich die längste Zeit ausschliesslich angewiesen war; ich sah sie als die Originalausgabe an und glaubte, dass ich an sie mich binden müsse.

Die Art des eigenen Arbeitens ist im übrigen genau dieselbe wie in dem *Excidium Lesnae* und den zwei dazugehörigen Stücken der *Vindicatio*; das Vorwort daselbst giebt alles Nähere. Es wird aber zur Rechtfertigung des von mir eingeschlagenen Verfahrens, das ich hier fortsetze, nichts schaden, wenn ich die beherzigenswerten Worte Immanuel Bekkers in seinen homerischen Blättern p. 180 hierhersetze. Sie lauten: „Die Bequemlichkeit des Lesers ist „eine Rücksicht, die kein Herausgeber ungestraft aus den Augen verliert. Das greift sich „mit Händen auf dem epigraphischen Gebiet. Wären die Inschriften, seitdem sie gedruckt „werden, so bequem lesbar gewesen wie andere klassische Texte, so würden sie nunmehr „allgemein bekannt und ausgenutzt sein wie eben die anderen Texte. Finge man dagegen „an die Autoren zu drucken wie die Inschriften gedruckt werden, im grössten Format, mit „Phantasiebuchstaben, die Wörter ungesondert, ohne Accente, ohne Interpunktion, unzweifelhafte „Abkürzungen nicht ausgeschrieben, zufällige Entstellungen sorgfältig verewigt, zum Buch- „stabieren, nicht zum Lesen, so würde man bald dahin gelangen, das Studium der alten „Litteratur zu beschränken auf so enge Kreise von Liebhabern des Absonderlichen, Mühse- „ligen, Teuren, wie jetzt leider die Inschriften beschränkt sind und beschränkt bleiben, „wofern nicht die unübertreffliche Erfindung des Facsimilierens zum Wendepunkt wird.“ Der Vergleich mit den Inschriften trifft freilich für den vorliegenden Fall nicht ganz zu; aber die Sache gilt doch im übrigen auch hier und ich habe geändert, wie das Bedürfnis des an die lateinischen Autorentexte gewöhnten Lesers es zu erfordern schien. Sollte auf dem orthographischen Gebiete nicht durchgehende Einheit gelungen sein, wie z. B. *votum solenne* für *votum sollemne* im Anfange der Beilage II zum *Excidium Lesnae*, Lissa 1894, stehen geblieben ist, so habe ich es gegen meinen Willen übersehen und ich bitte, derartige Fälle, wenn sie noch weiter sich finden sollten, mit der Menge dessen, was, namentlich in Ansehung der ohne jeden erkennbaren Grund alles natürliche Satzgefüge zerreissenden und für unsere Begriffe geradezu sinnlosen Interpunktion, beinahe neu herzustellen war, zu entschuldigen.

Lissa, den 20. Januar 1896.

Der Herausgeber.

Comenii

**Panegyricus Carolo Gustavo,**

magno Suecorum Gothorum Vandalorumque regi,  
incruento Sarmatiæ victori et quaqua venit  
liberatori pio felici augusto,

heroi afflictis in solacia regibus in exemplum nato.

---

Vratislaviae.

1655.

**Ad**  
**sacram regiam maiestatem**  
**Sueciae.**

Ut nova Sarmatico lux illucesceret orbi,  
splendens arctoo prodis ab axe iubar.  
Diffugiunt tenebrae, radios nihil impedit atque  
prona perennanti lumine terra micat.  
Regie Phoebe, procul diffundere lumina perge:  
curia templa micent, splendeat aula forum!

W. T. L. B. de B.\*)

---

\*) Die Vermutung liegt nahe, dass diese Initialen den Freiherrn (*Liber Baro*) Waclaw Theodor von Budowa bezeichnen sollen, der in Niederschlesien angesessen nicht in Gefahr geraten konnte, wenn er in das Gerede kam der Verfasser des *Panegyricus* zu sein. Vergl. Excid. L. p. 6. Anm. 44.



**Ominosa**<sup>1)</sup> septentrionis tempestas, quorsum ruis? Pluviam an grandinem nuntias? P. 3. Primane fulminibus tuis obicitur Polonia? perdenda an salvanda? Res ipsa loqui incipit et nos alloqui te<sup>2)</sup>, aquilonarium istarum nubium ductor Carole Gustave, te inquam quem trimestri hoc solum unum Europa tota loqui incipit, quia gesta tua quorum fama subito implevit orbem mirari et stupere incipit. Ignorabat te adhuc orbis quinam esses et ad quid fatis<sup>3)</sup> destinatus; nunc animadvertere incipiunt amici et hostes fulmen te esse in omnipotentis manu ad exsequendum nondum scimus qualia ominamur<sup>4)</sup> tamen salutaria caelorum de reddendis terrae serenitatibus decreta. Tale enim opus pacis et salutis cum ipso exorientis belli fragoso tonitru ecce inchoas. Debellandae superbiae<sup>5)</sup> prodiisti septentrionale fulmen et victorias a parcendo subiectis<sup>6)</sup> auspicaris (quam heroice!) incruentas tibi sic victorias, ex hostibus tibi sic paraturus amicos. Quem enim eminus contemnere poterat et quem cominus non trepidare non poterat Polonia hostem, iam ecce agnoscit et veneratur amicum vindicem sospitorem. O mira fatorum vis, quae, ubi tu tantus virtutem explicares tuam, ubi tam laborantibus succurreres rebus, talem et tantum tibi hunc elegerunt campum, Sarmatiam! Res hic tam male steterant, ut peius non possent foris domique. Foris erant barbari hostes<sup>6)</sup> bonis et vitae, domi simulati amici libertatibus inhiantes religiosis et politicis<sup>6)</sup>. Eoque res devenerat, ut consilio aere, viris et viribus exhausta cadaver rei publicae videri potuerit **Polonia**, quia P. 4. gentem Polonam, quam inter arma et propemodum cum armis nasci novit orbis, sic annis aliquot fatigaverat astuta crudelitas, ut, nisi tu intervenisses armis tuis illisque<sup>7)</sup> reddidisses robur et animos, succumbendum fuisset. Agnoscimus ergo te caeli delictum a supremo rerum moderatore huc submissum, ut, cum hostibus nostris<sup>8)</sup> accedere videreris novus hostis, subito appareres adventare sospitator, a cuius praesentia hostibus extraneis iniectus est terror ut

<sup>1)</sup> *Ominosa* = *ominum aut malorum aut bonorum, quae fore confidimus, plena*. An späteren Stellen stehen dann die *omina* als *bona omina* geradezu. *Pluvia*: „erquickender Regen“, wie *imber serotinus* p. 7.

<sup>2)</sup> *Nos* durchaus allgemein: „wir, jetzt deine Unterthanen.“ Hernach mit Hervorkehrung der eigenen Person *quisquis sum* p. 8 und *ego* p. 26. Für *alloqui* mit zu denkendem *incipimus*, was unpassend scheint, möchte man *alloquimur* wünschen.

<sup>3)</sup> Die *fata* stehen hier wie auch sonst überall in der Schrift für den göttlichen Willen. Es entspricht das durchaus der Vorstellungsweise der Alten, insoweit dieselben das Naturgesetz, denn dieses ist doch das *fatum* oder wie sonst die Ausdrücke dafür lauten, von den Göttern beherrscht und demzufolge mit der von ihnen in voller Freiheit geübten Weltregierung zusammenfallend dachten. Die Meinung, dass die Alten durchweg die Götter dem Naturgesetze untergeordnet hätten, wird durch ungezählte Stellen ohne weiteres widerlegt.

<sup>4)</sup> *Ominamur* im Anschluss an die gehofften *bona omina* des Einganges = *speramus* oder noch besser = *auguramur*.

<sup>5)</sup> Verg. Aen. VI. 854: *parcere subiectis et debellare superbos*. Vergl. p. 11. *Subiectis* = *iis qui se subiecerunt*.

<sup>6)</sup> Die *barbari hostes* sind die Russen. Unter den *religiosae libertates* muss hier religiöse Unduldsamkeit verstanden werden, ganz wie unter den *politicae libertates* politische Unbotmässigkeit zu verstehen ist.

<sup>7)</sup> *Illisque* = *Polonis*, zu ziehen aus *gentem Polonam*.

<sup>8)</sup> Gemeint die *barbari hostes* und die *simulati amici*.

progredi non auderent, domesticis autem insperata consternatio ut non sustinentes expectare conspectum tuum ultro diffugerent aut certe vix conspecto adventu tuo terga darent. Adduxisti enim tecum bonae causae fiduciam et terribilem illum iehovam exercituum, a cuius conspectu liquescunt montes et diffugiunt maria. Inde illi tam celeres et omnibus admirandi progressus tui. Nempe cum divisa per tot loca in Livonia Lithuania Borussia Polonia potentia tua de primum aggredienda Maiore Polonia cogitares, mox illam a tuis ultronea deditione occupatam accepisti; Poloniam vix ingressus ex Lithuania et Curlandia laetum nuntium illas tuam in fidem transiisse accepisti. Rursum, ad regni sedem Varsaviam adeundam cum adiecisses mentem, illam ab hostibus derelictam et omni praesidio nudatam tibi servari cognovisti; adiisti igitur et iure illo, quo quod nullius est occupantis fit, occupasti. Cum cedentem aemulum ad regni metropolim Cracoviam insequi animum induxisses, cedere ille perrexit et vix hinc inde levitenta velitatione, tametsi exercituum numero superior, fugere non destitit, donec et regni limites a conspectu tuo nusquam sibi tutus visus excessit eoque ipso regnum et sceptrum

- P. 5. victricibus tuis manibus **resignavit**<sup>9)</sup>. Quis prudens horum spectator non audire sibi videatur vocem illam dei ad Israellem suum: terrorem meum praemittam ante faciem tuam et fundam omnem populum ad quem ingredieris cunctorumque inimicorum tuorum terga vertam coram te (Exod. 23. 27.) et e contrario illam pavitantium Aegyptiorum vociferationem: fugiamus, nam dominus pugnat pro eis contra nos (Exod. 14. 25)! Unde discimus et discite tu, auguste, esse maiestatem supra nos quae ut cetera quae mortales gerunt ita bellorum causas et motus, initia et progressus moderatur regnaque aut tradit aut eripit comminuitque aut firmat quibus visum est. Quamquam quid dixi ut haec discas? Nobis illa discenda sunt. Tu pridem haec nosti ideoque cum illa numinis maiestate iam ante susceptum hoc bellum foedus iniisti et renovas quotidie nocturnas horas perpetuo inter somnum et preces, diurnas inter colloquia cum hominibus et cum deo dividens et, quod asseverant intimarum tuarum actionum conscii, semper plus deo quam hominibus conversans. Macte hac virtute, magnanime heros! Exprime sic feliciter antiquos heroas sanctos, sic demum ut illi facturus in deo virtutes<sup>10)</sup> qui ipse conculcabit hostes tuos. Psalm. 60. 14. Sic sta, uncte dei. Custodi vias domini neque te avertat a deo tuo: sint iudicia eius in conspectu tuo et iustitias<sup>11a)</sup> eius ne repelle a te. Immaculatus esto cum illo et serva te purum ab iniquitate. Ita ille cum sancto erit sanctus et cum innocente innocens. Ita populum humilem salvum faciet et oculos superbiorum humiliabit. Illuminabit dominus lucernam tuam, illuminabit deus tuus tenebras tuas. In domino conteres exercitus si qui se opponent porro, in deo tuo transibis murum.
- P. 6. Agnosce tantum constanter, ut agnoscere discant alii, non **esse deum** praeter dominum nec ullam rupem praeter deum nostrum, illum deum qui te praecingit virtute, qui disponit pedes tuos tamquam cervorum et super excelsa statuit te, qui docet manus tuas ad proelium et frangit<sup>11b)</sup> arcus ferreos brachio tuo, qui te clipeo salutis protegit et dextera sua sustentat: dilatat gressus tuos sub te, ut

<sup>9)</sup> *Resignavit* = *reddidit*, vergl. Horat. Od. III. 29. 54.

<sup>10)</sup> Vergl. Pindar, Isthm. 6. 11: ἀρετὰς πράσσειν, wofür Herodot. I. 176. IX. 40: ἀρετὰς ἀποδείκνυσθαι.

<sup>11a)</sup> *Iustitiae*: „Befehle, Gebote.“ Psalm 19. 9 (Vulg. 18. 9). <sup>11b)</sup> Für *frangit* wäre richtiger: *intendit*.



non vacillent pedes tui, facitque te persequi inimicos tuos et eos comprehendere et non reverti donec consumantur. Confringes eos nec poterunt stare, cadent sub pedes tuos. Clamabunt, nec erit qui salvos faciat, etiam ad dominum nec eos exaudiet etc.; tu autem cum Davide dices: vivat dominus, benedicta rupes mea! Exaltetur deus salutis meae, deus qui dat vindictas mihi et subdit populos sub me, liberator meus de inimicis meis etc. Psalm 18, 24 etc.

Redeo ad ea quae humanitus tibi triumphatori dici possunt. Vicisti, triumphas; factum agnoscimus insolita felicitate. Haud scio an quis unquam ita bellum orsus et terminarit, nempe ut prius triumpharet quam vinceret priusque vinceret quam hostem videret. Novum hoc victoriae genus in te inchoari voluit supremum numen, ut te ad inusitata natum ostenderet. Multum sibi Julius Caesar illo suo veni vidi vici<sup>12)</sup>, nempe hostilem exercitum unum, placuit. Tu plures exercitus integraque regna veniendo et videndo vincis. Amplissimum Poloniae regnum uno trimestri tuum factum est totum. Julii enim <sup>15</sup>/<sub>25</sub> die Maior Polonia tuae se dedit fidei; Octobris <sup>9</sup>/<sub>16</sub> Cracovia, Minoris Poloniae totiusque regni caput, suas tibi pandit portas suaque regia palatia et regalem thronum tradidit eademque die quartianus miles, universum scilicet reliquum Polonicae militiae robur, fascibus tuis sua submisit vexilla atque sic tota Polonia te salutare coepit regem. Inusitata haec esse dico, rara mira; sed quanto P. 7. magis inusitata rara mira, tanto magis time ne quid inusitatae infelicitatis tantae se intermisceat felicitati. Non frustra dictum est: fortuna, cum maxime splendet, frangitur<sup>13)</sup>. Ipse mortalium felicissimus triumphis Alexander Magnus magnarum gentium domitor docere id exemplo suo potest, qui quam cito de orbe subacto tam cito adversa sors et mors de illo deiecto triumphavit. Memineris ergo, rex magne, (spero quidem te facturum etiam nullo monitore,) fortunam reverenter habendam gentique liberae sic imperandum, ut illi parere libeat. Benevolentia eos<sup>14a)</sup> vincere potuisti, poteris et retinere; asperitate, quam quidem a te alienam ipsa natura esse voluit, nihil nisi in deterius proficitur. Infinita te id exempla ex universa historia deprompta docebunt. E sacris notum est, quam insperato una die hereditario regno exciderit Roboam, quod placiditate retinere potuisset in perpetuum 1. Reg. 12; oblitus nimirum paternae illius gnomae: in hilaritate vultus regis vita et clementia eius quasi imber serotinus. Prov. 16. 15. Tu autem, qui terror esse coepisti gentibus armatis, spes esse incipe orbi arma deponenti. Liberis imperare non poteris nisi liberaliter. Nihil violentum diuturnum, quia malus diuturnitatis custos metus<sup>14b)</sup>. Diligi praestat quam metui; illud autem oderint dum metuant<sup>15)</sup> Neronibus Domitianis Caracallis ceterisque laevis numinibus<sup>16)</sup> relinquendum.

<sup>12)</sup> Suet. Caes. 37; Plut. Caes. 50: ἦλθον, εἶδον, ἐνίκησα. Der hier gemeinte Feind war Pharnakes.

<sup>13)</sup> P. Syr. 267. ed. Zell: *fortuna vitrea est; tum, cum splendet, frangitur.*

<sup>14a)</sup> Vergl. p. 4 Anm. 7. <sup>14b)</sup> Cic. de off. II. 7. 23.

<sup>15)</sup> *Quem metuunt, oderunt; quem quisque odit, perisse expetit.* Ennius bei Cic. de off. II. 7. 23. Danach, wie Ribbeck meint, Attius bei Cic. de off. I. 28. 67: *oderint, dum metuant.* So sprach dann von den römischen Kaisern zuerst Caligula, Suet. Cal. 30. Tiberius hatte, mit einer leichten Änderung, etwas bescheidener und auch sonst etwas würdiger gesagt: *oderint, dum probent.* Suet. Tib. 59.

<sup>16)</sup> Solche Herrscher sind *laeva numina*, Unglücksgeister, satanische Dämonen. Sie heißen, etwas kühn, *numina* mit Rücksicht auf ihre grenzenlose Überhebung, wozu man noch hinzunehme, dass die namhaft gemachten Vorbilder derselben nichts geringeres als die buchstäbliche Göttlichkeit in Anspruch nahmen.

- Resistunt quidem tibi Polonorum nonnulli aut certe inviti tuo se submittunt scepro,
- P. 8. quia virtutes tuas non intellegunt nec intentiones salutare. Ut ergo intellegant, virtutes virtutibus cumulando malevolentiamque benevolentia vincendo efficies. Barbari aut viles homines, inquit Livius, ubi licentia adest plerumque saevi sunt; mites in ea moderati ingenui sanguinis et stirpis. Utrosque <sup>7)</sup> tibi obicit Polonia: tum efferos et immites, animas viles, assultantes et morsicantes rursumque resultantes canum instar; tum moderatos et suaves, generosum sanguinem et heroicum, pactorum tenaces et fidei datae constanter memores. Illos domari si necesse, tutissime id horum adhibito consilio facturum te crede, quia venenum in animali venenato, ne subiectum suum perimat, ipsa balsamica eiusdem animalis virtute optime temperatur. Audio sane quorundam tanta illa tua lenitate abutentium protervitate<sup>18)</sup> offensorum voces Polonos nobiles aequae ut plebem servili esse ingenio nec libertate ulla recte uti, ad omnia potius illiberalia abuti: serviliter igitur indiscriminatum tractandos, ut ferociam deponant: libertates illis non minuendas, sed adimendas penitus. Ego tamen, quisquis sum, in contraria penitus sum sententia neque scilicet tibi a te, rex magnanime, ob alienam stultitiam esse abeundum neque ut magnanimos Polonorum spiritus a se ipsis abire iubeas. Nec enim vel hoc vel illud poterit. Notum illud Pyrrhi de Fabricii Romani, hostis tum sui, virtute pronuntiatum citius solem a tramite suo quam Fabricium a rectitudine iri amotum<sup>19)</sup>. Speramus et heroicam tuam animi celsitudinem non prius a se ipsa quam caeli cardines a loco suo emotum iri. Persta igitur, dissimilis tui fieri ne incepta; sic benignitate pervinces, promitto. Neque fieri potest, ut, quidquid generosi
- P. 9. spiritus<sup>20)</sup> inest sanguini Polono, extingatur illico; vis naturae hac parte prorumpere prohibita erumpet alibi fortius dabitque plus damni illegitimas sibi aperiens vias. Nec optabis imperare

<sup>17)</sup> *Utrosque* entspricht den angeblich Livianischen Worten nicht ganz genau. *Barbari aut viles homines* will sagen: „Barbaren von Geblüt und geringwertige weil niedrig gesinnte Menschen überhaupt.“ Die Disjunktion ist gesetzt, um den ethnologischen Unterschied zwischen Barbaren und Nichtbarbaren hervorzuheben. Beiden, den *barbari* und den *viles homines*, stehen die entgegen, *qui sunt ingenui sanguinis et stirpis*, deren *ingenitas* somit als eine doppelte verstanden werden muss: die eine meint den durch die bessere Nationalität empfangenen besseren nationalen Kern und die andere das bessere aristokratische Erbe. Comenius denkt nun aber ganz gewiss nicht daran, zwei dem ethnologischen Ursprunge nach verschiedene Schichten des polnischen Volkes anzunehmen, wie es ihm ebenso fern liegt, die Gesinnung nach dem Stammbaume zu bemessen. Er versteht also unter den *utrique* rohe und edle Naturen überhaupt.

<sup>18)</sup> Mit der *protervitas* (*tanta illa tua lenitate abutentium nobilium Polonorum*) ist ganz allgemein „freies Wesen“ gemeint, welches aber nur als Ausdruck der Ungefügigkeit abstossend wirken muss; dass die *protervitas* auch noch andere Gründe haben kann, zeigt z. B. die *grata protervitas* bei Horaz Od. I. 19. 7.

<sup>19)</sup> *Ille est Fabricius, qui difficilius ab honestate quam sol a cursu suo averti potest* Eutrop. II. 14. Sehr schön; nur schade, dass der Ausspruch angeknüpft wird an Voraussetzungen, die wir doch wohl für erfundene halten müssen, worüber Thue Römische Geschichte I. p. 443. Massvoller und deshalb wahrhafter die Athener von sich selbst bei Herodot VIII. 143: ἀπάγγελτε Μαροδονίῳ ὡς Ἀθηναῖοι λέγουσι, ἔστ' ἂν ἥλιος τὴν ἀντὶν ὁδὸν ἦν τῇ καὶ νῦν ἔρχεται, μῆποτε ὁμολογήσειν ἡμέας Ξέρξῃ; ἀλλὰ θεοὶς τε συμμάχοισι πισυνοὶ μιν ἐπέξιμεν ἀμυνόμενοι καὶ τοῖσι ἡρώσι, τῶν ἐκείνος οὐδεμίαν ὅπιν ἔχων ἐνέπρησε τοὺς τε οἰζοὺς καὶ τὰ ἀγάλματα.

<sup>20)</sup> Der *generosus spiritus* nimmt die *protervitas* von oben wieder auf, versteht sich in erster Linie mit gegebenem Tadel, aber in der durch das Attribut gegebenen Beschränkung: „der Charakter der polnischen Nobilität birgt schlimme Seiten, denen beigegeben werden muss, aber mit Vernunft; denn die eigentliche Volksseele ist gut und tüchtig.“



asinis: praestat hominibus. Homo autem obtuso spiritu et a sublimitate sua deiectus quid rudi et abiecto distat asello? Deus ipse, ut ne coactis imperaret, liberum dedit angelis et hominibus arbitrium, quo splendidius et augustius redderet imperium suum. Et quisquam sibi hoc nomine magnus videatur, quod metu adactis ceu pecudibus imperet? Cave persuaderi, rex magne! Deum tibi propone imitandum, cuius imaginem geris, ut regnum tuum regni dei referat imaginem ut spontanei obsequii ita maiestatis plenissimum. Poloni ergo maneat Poloni, animae sublimes; asperitas tantum auferatur ab hoc indomito spiritu, ut blandescat in se aequae fortis futurus extra se ad perdomandum suos et tuos hostes. Norunt chymici, quorum mysteria non penitus ignoras tu, minerales spiritus non fortes tantum sed et feroces ita tractare arte, ut cruditas ab illis et asperitas letalis, scilicet nocendi vis, auferatur ipsa virtute forti non imminuta, depurata tantum eoque modo aucta. Et nescias tu, hostiles et amicos animos tractandi artifex, blando excelsi tui favoris igne humanos spiritus ita sublimare, ut separatis et combustis Polonicae ferociae scoriis mera maneat Polonica virtus, generosum scilicet illud honestum cedere nisi sublimiori nescium<sup>21)</sup>? Prolapsi quidem sunt nonnilil et a pristina maiorum gravitate aberrarunt Poloni, fatendum est; at illam nondum deseruerunt tamen. Libertatis **amore**m retinent tenacissime mori paratiores quam illa P. 10. privari, tametsi dormitatione quadam eo abducti ut libertatem avitam diutius tueri vix potuissent sine externi alicuius auxilii interventu; si tamen servitutis undecunque inferendae metus erit, redibit profecto victis etiam, nondum autem sunt, in praecordia virtus<sup>22)</sup> tibiue victorias faciet ambiguas.

Quid ergo restat? Redde illis libertates, sed auctas in maius et melius. Id autem quomodo? Extendendo libertatem ad omnes et ad omnia et omnimode: ad omnes iubendo liberos esse omnes et singulos in universum, procures regni nobilitatem inferiorem, civitates et oppida plebemque ipsam rusticanam suo modo et gradu. Non aliqui tantum gentis huius sint liberi, sed omnes, nempe ut quisque a maximis ad minimos secure sua possideat, innocens nemo oppressionem seu aperta vi seu iuris praetextu metuatur, vivere et mori cuique suo loco liceat. Dico libera debere esse omnia, corpora mentes conscientias, ut ne quisquam alteri compedes iniciat huius illius istius respectu, imprimis ut manus libere in caelum attollantur etiam diverse<sup>23)</sup> de deo sentientium, dummodo deum colant non blasphemant; sola irreligiositas et consueta (eheu!) deum blasphemandi et peccatis irritandi libido interdicta esto. Omnimode etiam pax et libertas concedenda erit praestando, ut vera sit pax veraque libertas, non pacis et libertatis nomen umbra larva fucus. Quod erit, si non amplius impune peccandi et in alios saeviendi licentia libertas vocetur, sed libertatis taeter abusus taetris etiam **coercendus** poenis, ut ne quis sub libertatis falsae imaginatione exlex sibi videatur<sup>24)</sup>. P. 11.

<sup>21)</sup> Hor. Od. I. 6. 6: *Pelidae cedere nesci*.

<sup>22)</sup> Verg. Aen. II. 366: *nec soli poenas dant sanguine Teucri; quondam etiam victis redit in praecordia virtus victoresque cadunt Danaï*. Danach auch wohl Tac. Agr. 37: *et aliquando etiam victis ira virtusque*.

<sup>23)</sup> Comenius konnte *etiam diverse* nur in dem Sinne von *quavis diverse* meinen, natürlich *diverse inter se*. Der Verfasser des *Apologeticus* allerdings verstand lediglich den Gegensatz gegen die katholische Kirche, weil deren Alleinherrschaft für ihn die Vorbedingung von allem war. Vergl. darüber *Vindicatio* III. 73. Anm. 18 und 21. *Etiam* als Synonymum von *quavis* auch p. 20 (*malignissimo etiam = quavis maligno*) und p. 21 (*error regis etiam levis = error regis quavis levis*).

<sup>24)</sup> *Imaginatio*: „Vorstellung, Einbildung, *conceptus rei alicuius*“; *exlex*: „an kein Gesetz gebunden.“

Quo et hoc spectabit, ut tuos exemplo tuo parcere subiectis et debellare superbos<sup>25)</sup> imitandoque non minus modestiam et continentiam quam strenuitatem tuam commendare se et te doceas. Magna militiae labes<sup>26)</sup> est, si milites inter amicos et hostem exiguum ponant discrimen provinciasque, quibus liberandis aut defendendis conducti sunt, vastent, ut ne memorem rapiendi aviditatem saepe retardasse immo amisisse<sup>27)</sup> victoriam aut certe imminuisse victoris laudes. Militam<sup>28)</sup> igitur exerceant tui, non latrocinium; Poloniam latrocinii non assuetam<sup>29)</sup> ne contaminent novi hospites, ut ne dici possit te deterio rem reddere quam accepisti Poloniam. Et quia observatum est non tam Suecos tuos quam admistam gentium turbam<sup>30)</sup> immodicis rapinis Poloniam populando dedecorare triumphos tuos, coge eos Suecorum regi militantes<sup>31)</sup> Suecorum sequi non tantum fortitudinem sed et modestiam; alias<sup>32)</sup> tibi et disciplinam tuam, qua cessante cessabunt victoriae, corrumpent et tuos. Sed et quos provinciis in ordine continendis praeficis, sanguisugas esse ne permitte, rex clementissime, ut ne, qui pro te tamquam suo iam sibi divinitus dato rege deum orant<sup>33)</sup>, exactionibus nimis exhausti et ad incitas<sup>34)</sup> redacti non pro te sed contra te suspiria mittendi occasionem habeant<sup>35)</sup>. Fac, amabo, ut servandae, non perdendae Poloniae causa te venisse, optime rex, intellegant omnes, illi etiam ipsi qui res administrant tuas. Quod si intellegunt, P. 12. meminerint simul boni esse **pastoris tondere**, non deglubere pecus<sup>36)</sup>. Aut si hoc non attendunt illi, attende tu, cuius maxime interest, ut regnum quam minime labefactatum<sup>37)</sup> favorisque erga te plenissimum accipias, amare te incipiant omnes, non metuere aut odisse, quia solus subditorum amor firma regibus praestare sceptrum potest. Multitudinis autem amor vehementer movetur, inquit Cicero, liberalitatis beneficentiae, fidei iustitiae ceterarumque virtutum, quae pertinent ad mansuetudinem et facilitatem, fama et opinione<sup>38)</sup>. Quae ubi abfuerit, avertit se amor tam certo, ut ne sol quidem desideretur<sup>38)</sup>

<sup>25)</sup> Verg. Aen. VI. 854. Vergl. p. 1. Anm. 5.

<sup>26)</sup> *Militiae labes*: „schlechter Geist der Truppen.“ *Militia* konkret wie p. 6.

<sup>27)</sup> *Amisisse* etwas seltsam für *perdidisse*, *corrupisse*.

<sup>28)</sup> *Militia* abstrakt: „soldatischer Dienst.“

<sup>29)</sup> Die *latrocinia*, an welche man in Polen nicht gewöhnt ist, sind zu beziehen auf die Räubereien der Fremden; über die *latrocinia*, welche im Inneren der Stärkere gegen den Schwächeren sich erlaubt, vergl. p. 22.

<sup>30)</sup> Die von den Schweden in Sold genommenen Fremden.

<sup>31)</sup> *Alias* = *aliter* wie *Vindicatio* IV. 79. Vergl. dort Anm. 40.

<sup>32)</sup> *Tamquam* ist Ausdruck der Meinung der Polen, dass er der ihnen von Gott gegebene König sei. Vergl. Excid. L. p. 7. Anm. 59. Das Gebet ist zu beziehen auf die Fürbitte im Gottesdienst.

<sup>33)</sup> *Incitae* = *ultima condicio fortunarum*.

<sup>34)</sup> *Occasionem habere*: „herausgefordert werden.“ Das Aktivum hierzu ist *occasionem dare*, worüber Excid. L. p. 7. Anm. 55, *Vindicatio* III. 75. Anm. 28.

<sup>35)</sup> Suet. Tib. 32: *praesidibus onerandas tributo provincias suadentibus rescripsit (Tiberius) boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere*.

<sup>36)</sup> Hierzu möchte man ein eigenes Verbum wünschen wie *reddas*, *facias*, *efficias*.

<sup>37)</sup> Cic. de off. II. 9. 32. Für die *liberalitas* hat die Überlieferung bei Comenius *libertas*, das doch wohl nur auf einem Druckfehler beruht.

<sup>38)</sup> Ein konsekutives *ut* scheint, da ein Zusammenhang von Ursache und Wirkung nicht vorliegt, ausgeschlossen. Es wird also *ut* wie im folgenden Satze vergleichend stehen und der Konjunktiv wäre alsdann der potentiale, wenn nicht, wie ich vermute, *desideratur* herzustellen ist. Wit hier *tam certo ut* ebenso p. 14: *tam parum ut*, nur dass *ut* dort kein eigenes Verbum hat.



nisi ideo, ut radios suos impertiat, ad refocillandum tamen, non ad comburendum. Et ut bilanx in eam vergit partem, unde plus accipit, ita hominum favor eo, unde plus utilitatis sperat. Ut ergo Poloniam totam habeas faventem et cum omnium publico applausu regnes, totam clementiae ac iustitiae scuto defende. Nec tamen mala solum ab illa, ut propellas, sed bonis eam undique ut cumules melioremque quam accipis reddas, cogita. Nempe<sup>39a)</sup> imitando Augustum ex Roma lateritia marmoream efficientem<sup>39b)</sup> tu, auguste, ex Polonia forti fortiozem, opulenta opulentiozem, celebri celebriorem facere stude. Spartam nactus es illustrem: illustribus hanc ornare modis<sup>40)</sup> laudi tibi cedit<sup>41)</sup>. Non aliud habes, quod constitutus hoc fastigio agas, atque ut<sup>42)</sup> solem caelestem imitatus subiectae servias terrae illamque collustres calefacias fecundes totam. Unicum principis munus est publicis prospicere commodis; huic rei si operam dederis sancte, verum dei simulacrum eris. In hoc reges deo serviunt, inquit Augustinus, si in regno suo bona iubeant, mala prohibeant. Prohibe igitur latrocinia P. 13. rapinas furta caedes tumultuationes impuritates et quidquid impium barbarum virtutibus contrarium est; iube quietem pacem securitatem, mores castos et honestos, pietatem denique<sup>43)</sup> et omne feres punctum<sup>44)</sup>. Ceteris mortalibus in eo stant consilia videre, quid conducere possit; principum sors longe diversissima est. Consilia scilicet principum omnia, si invisibilem deum visibiliter volunt referre, tantum ad salutem rei publicae derigenda sunt, quia hic non sua causa sed aliorum sunt, ut naucerus in navi. Non bonus autem fuerit nauta, qui se malit servatum quam navem. Ad utilitatem datur spiritus, inquit apostolus<sup>45)</sup>. Atqui tibi multus datus spiritus sapientiae et intellectus, consilii et fortitudinis, scientiae et pietatis, ergo ad multam et multorum utilitatem. Nulla re homines propius accedunt ad deum quam salutem hominibus dando Cicerone id observante<sup>46)</sup>.

Quid autem multis<sup>47)</sup>? Summa votorum, quae optimi quique concipiunt, huc redit, ut Poloniae iam tuae, ut ceteris tuis regnis, ut nobis omnibus virtutum tuarum admiratoribus

<sup>39a)</sup> Nempe konklusiv wie p. 21. <sup>39b)</sup> Suet. Oct. 28.

<sup>40)</sup> Die Wendung geht zurück auf Euripides fragm. Tel. 722. ed. Nauck: *Σπάρτην ἔλαγχες, ταύτην κόσμεν· τὸς δὲ Μυζήνας ἡμεῖς ἰδίᾳ*. Es spricht dort, wie es scheint, scheltend Agamemnon zu Menelaos: „Sparta ist dein „Erbteil, da hast du ein genügendes Arbeitsfeld; ich werde meinerseits über Mykenä herrschen.“ Vergl. Welcker Epischer Cyklus p. 485. Hartung *Euripides restitutus* p. 203. Der in der Folge zum Sprichwort gestempelte erste der beiden anapästischen Dimeter meint also: „man müsse sich mit seiner Lage zufrieden geben.“ In diesem Sinne findet er sich zweimal bei Cicero (ad Att. I. 20. 3, ibid. IV. 6. 2.) und auch Suidas III. p. 354 ed. Bernhardy gebraucht ihn so. Also etwas ganz anderes als was Comenius und Neuere daraus gemacht haben.

<sup>41)</sup> *Laudi tibi cedit* = *laudi tibi habebitur*.

<sup>42)</sup> *Atque ut* = *nisi ut*.

<sup>43)</sup> Über die Bedeutung von *denique* bin ich zweifelhaft. Ein älterer Lateiner würde es wohl zusammenfassend nehmen, da bei ihm die *pietas* das pflichtmässige Verhalten nicht blos gegen die Götter, sondern auch gegen die Menschen aller Ordnungen und Stufen, zunächst natürlich nur des eigenen Staates und der eigenen Nation, ist, wie wir es in dem *pious Aeneas* Vergils sehen. Es kann aber doch fraglich erscheinen, ob wir damit auch den Sinn des Comenius treffen; er dürfte die *pietas* allein als Frömmigkeit verstanden haben, in welchem Falle *denique* steigernd stünde: „namentlich aber, und vor allen Dingen.“

<sup>44)</sup> Hor. A. P. 343: *omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci*.

<sup>45)</sup> I. Korinth 12, 7.

<sup>46)</sup> Cic. p. Lig. 12, 38.

<sup>47)</sup> Eine Form der Abbrechung und des Überganges zu etwas anderem, die so aber bei den Alten sich schwerlich finden dürfte. Sie sagen: *Quid multa? Ne multa! Sed quid opus est plura? Quamquam quid opus est pluribus?* ff.

felicitatisque applausoribus hanc unam praestes gratiam, ut te serves, ut eundem qui es serves.

Te servabis tuae vitae parcendo, periculis illam non exponendo. Etiam magnanimitatis<sup>48)</sup> modus est, magnanime princeps. Cave igitur, per omnia sacra obtestamur, omnia spernere pericula; cave negotia, quibus discrimen subest, per te potius quam per alios administrare adeoque<sup>49)</sup> proprii corporis obiectu hostiles iniurias propellere. Non optabat Israel

- P. 14. **Davidem** in hostes egredi secum, ne exstingueretur lucerna Israel (2. Sam. 21. 17 et 18. 3), nec optamus te nos iam tui. Cave tibi, quaesumus, ab amicis et hostibus domi forisque; invidia tam parum abesse potest a tantis virtutibus et felicitate tua ut<sup>50)</sup> a corpore in sole ambulantis umbra. Etiam ab amicis ut caveas, dixi; simulati enim sunt et erunt multi, qui solem orientem adorabunt potius quam occidentem haud sincere. Non deerunt, spero, qui de nimia etiam familiaritate cavenda monebunt. Nimiam certe humanitatem tuam et observant et mirantur et praedicant ipsimet Poloni, qui tabulae tuae regiae non solum adesse pateris quosvis, ignotos etiam, sed et ministeria tibi praestari a quibusvis. Equidem non ignoro optimo iure laudibus vehi<sup>51)</sup> illam Traiani vocem, qui amicis incusantibus, quod imperatoriae maiestatis parum memor nimium esset omnibus expositus, respondit: talem praestabo imperatorem privatis, qualem optarem ipse privatus<sup>52)</sup>. Recte hoc sane tum, ubi virtutis erat aestimium et apud omnes respectus honesti<sup>53)</sup>. Non satis recte nostro aevo, ubi proditones periuria caedes, parricidia etiam et regicidia clam palam regnant.

Rogamus deinde, ut te nobis talem diu serves, imo semper, qualem iam conspeximus et intuemur, augustum prudentem strenuum magnanimum clementem iustum liberalem pacificum pium, felicem denique<sup>54)</sup>, ut nobis ipsissimam aeterni regis dei referas imaginem.

- P. 15. Augustum te salutare cupimus, dum optamus, ut imperium maioribus partum non angustare, sed ampliare possis scias velis. Quod fiet non provincias amittendo, sed amissas recuperando nec vastari permittendo, sed vastatas nitori restituendo omniaque in maius provehendo. Cui rei bonas ministrabunt occasiones<sup>55)</sup> Ucrainae inhabitabiles adhuc tractus, ampli et ubere gleba omnibusque naturae dotibus affluentes, haud indigniores coloniis deducendis atque<sup>56)</sup> Hollandis Indiae visae seu orientales seu occidentales et certiore ob vicinitatem spe:

<sup>48)</sup> Über die Tollkühnheit Karl Gustavs vergl. Excid. L. p. 6 Anm. 47.

<sup>49)</sup> Adeoque: „und sogar,“ also anders als *Vindicatio* IV. 79. Anm. 38.

<sup>50)</sup> Über *tam parum ut* vergl. p. 12 Anm. 38.

<sup>51)</sup> *Laudibus vehi* = *laudibus ferri*.

<sup>52)</sup> Eutrop. VIII. 5.: *amicis culpantibus, quod nimium circa omnes communis esset, respondit talem se imperatorem esse privatis, quales esse sibi imperatores privatus optasset.*

